

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis
Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev
De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo**

**Marca, Pierre de
Parisiis, 1669**

IX. Angilbertus Romam à Carolo missus, ut de utriusque Patriciatu
confirmando cum Leone tractaret. Patriciatum vertunt in dominatum urbis.
Quod significatur Lateranensibus picturos, ex conjectura ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-15591

VIII. Restat ut aliqua dicamus de Patriciato Pippini & Caroli. Superius obseruatum est ex Hadriani epistola, utrumque Patriciatum aequali gradu stetisse. Nec profectò ulla ratio evincit eum novam Patriciatus significationem communiscamur, alienam ab ejus seculi usu, ut de Regum nostrorum dignitate & auctoritate detrahamus. Quare iterum dico, merus Patriciatus Romanorum Pippino à Stephano & Romanis per electionem collatus est, quo defensio & patrocinium Ecclesiae Romanæ præcipue continebatur, (qua de re alibi dixi) sed præterea etiam integra & solida Patricij dignitas & auctoritas. Hoc professi sunt Romani, quando Carolum à Papia obsidione Romam advenientem, veluti Exarchum & Patricium suscepserunt: *Obviam illi ejus sanctitas (id est, Hadrianus) dirigen venrandas cruces, id est, signa, sicut mos est ad Exarchum aut Patricium suscipiendum, cum cum ingenti honore suscipi fecit.* Post obitum Hadriani, Leo III. statim à pontificatu suscepito, sua electionis certiorem reddidit Carolum, & obedientiam illi atque fidelitatem spopondit; ut docent Caroli literæ ad Leonem, apud Alcuinum.

*Carolus ad Leo.
men ep. 84. apud
Alcuin. Perdidit excellen-
tia vestigia litterarum
& auctorita decreta
li charabili, & val-
de, ut facere ex-
cepti suorum finium
eleccionis unan-
imitate, seu in
honorabilitate nostre
obedientia, & in
gratia fidei ad
nos fidelitatem.*

*Nicolaus Alema-
nius legi vult ad
eum, nullo festu,
& contra codicium
fideri.*

*Ego hardo in An-
naliibus ad an.
794.*

Anastasius.

*Ep. Cir. ad Leo.
men. Angilbertus
vestigia fauillarum
dileximus; ut ex
callatione mons-
trantur quid-
quid ad exalatio-
nem sancte Dei
Ecclesie, vel ad
stabilizationem hono-
ris vestri, vel Pa-
triciatus nostri fir-
mitatem, necfe-
runtur intelligere.
et. Sic enim cum
bestiis prode-
cessore vestro san-
cta paternitatis
pallium inq., sic
cum bestiis
veli, & cibidem p-
dei & carnis
intollerabilem fau-
illarum disidero.
Frustra hic Ale-
mannus, finit
Paternitatis, que*

N. Leo Papa, illinc, D. N. Carolo Regi. Nicolaus Alemannus existimabat aliquid arcani hac tabula significari, scilicet translatiōnem Imperij ad Carolum, & restitutiōnem Leonis in sedem suam. Goldastus censuit historiam rei gestæ insinuari, nempe electionem Papæ, & vexillum Patriciatus ab eo missum ad Carolum. Mea verò conjectura haec est, innovationem qua post colloquio Angilberti cum Leone in Romanæ civitatis imperio accedit, hac tabula posteris designari. Patriciatum enim uterque, Leo & Carolus, in dominationem verterunt, & supremæ jurisdictioni quam exercebant, proprietatem & dominium Urbis adjunixerunt. Haec est honoris stabilitas, & Patriciatus firmitas, de qua constituenda consilium iniri volebat Carolus. Nullus Pontificum ante Leonem III. Dominus Noster inscriptus est, ut fatetur Alemannus. Post illum, eo titulo in scriptis & in acclamatiōnibus Pontifices Domini Nostri apud Romanos audire cœperunt. Ad perpetuam hujus rei memoriam, nomisma quoque cusum est: in cuius altera facie simulacrum Petri cum clavibus humero impositis, in aversa haec inscriptio expressa est, D. N. Leoni Papa. Titulus dominij vetat ne Leoni I. tribui posse, ut placuerat Illustrissimo Annalium conditori. Dominus quoque dicitur Carolus in hac inscriptione. unde fluxit ut Paulus Diaconus, cùm breviationem Festi Carolo nondum Imperatori dedicaret, Romuleam vestram civitatem diceret.

X. Hic dominij titulus Leoni & Carolo adscriptus, gradus fuit ad Imperij dignitatem adipiscendam. Quod accidit post quatuor annos. Cùm enim Romam se Princeps contulisset, ut injuriam illatam Leoni ulcisceretur, vicem tanti beneficij Leo rependens, ut loquitur Theophanes, Carolum Imperij corona auxit. Id factum die Natalis Domini, inter Missarum solennia, cuncto Romano populo acclamante: *Carolo Augusto à Deo coronato, magno & pacifico Imperatori Romanorum, vita, victoria.* Quæri solet magna contentione, quis Imperium Carolo contulerit. Duobus verbis Anastasius eam controvèrsiam dirimit: *Ab omnibus constitutus est Imperator Romanorum.* Sanè ut diffidendum non est tanti momenti negotium sine consensu populi Romani, cuius maximè intererat, confici non debuisse, ita negari non potest quin præcipua partes essent Romani Pontificis; non solum rationeunctionis & sacræ inaugurationis, sed etiam ratione novæ auctoritatis qua tunc Carolo conferebatur. Itaque verè dici potest, Leonem III. contulisse dignitatem imperatoriam Caro-

*ea inveniuntur
tat in facilius
Carolinum locum
filium per am-
plius habens,
non autem filium
spiritus ad alio
cei aperitum in
locis.*

*Niccol. Alm. 76.
lect. c. 11.*

*Paulus Diacon. a
ep. deduc. filii
Et præcipue
ratio vestigia
mallei ex.*

*Theophanes in
Chron. à Anno
Karl. & anno
ab ali. in
dicta dicitur
Pau. Diacon. in
Egyp. ad loc.*

*Ancientarius
Lectio III.*